

Et eorū ratio est precipua, quia habes plura beneficia huiusmodi non potest residere in ambobus vel omnibus, quae habet, nec in eis ministrare sacramenta Ecclesiastica, neque curam habere omnium animarum & reliquorum, quae necessaria sunt pro seruitio utriusque Ecclesiae, ut probatur ex text. in c. 1. 2. 9. 1. ubi inquit ex verbo dominico loquens in materia, quod nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum, &c. quae ratio cessat in hoc casu, quia vna ex d. Ecclesiis, quas habet clericus, est clausa semper ex eo, quod nullus sit parochianus, qui ad eam eat, neque aliquis alius civis, quia est in loco remoto & deserto, & cessante in hoc casu ratione hac, quae est precipua & finalis, cessare debet iuris dispositio prohibentis pluralitatem beneficiorum, ut sunt plura iura vulgaria late tradita per Tiraq. in toto tract. de caus. cessa.

Secundo, quia omnia iura suprad. prohibentia pluralitatis beneficiorum, dicunt, quod nemo possit habere duas Ecclesias parochiales, & Ecclesia parochialis in iure Canonico intelligitur ecclesia illa, quae in actu & exercitio habet parochianos, & non sufficit, quod eos possit habere, ut quia sint mortui, vel recesserint de locogita tenet gl. in c. licet canon. verb. parochialis Eccles. ad p. de elect. in 6. quae est vera, & eam sequuntur & commendant Dd. allegandi. Vnde constare debet ante omnia de hac qualitate, sc. quod ambo beneficia habeant parochianos in actu, ad hoc, ut iura suprad. prohibentia habeant locum: ut sunt iura vulgaria in l. eius, qui in provincia, §. quoniam, ff. de cert. pet. & in l. non ignorat, C. de his qui accusar. non poss. cum aliis, in l. in illa, & ibi Dd. ff. de verb. oblig. Ergo cum in casu suprad. non adit hac qualitas, imo deficiat, non debet comprehendere sub praedicta iuris dispositione prohibentis pluralitatem Ecclesiarum parochialium in actu.

Confirmatur etiam hoc fundamentum, quia Ecclesia parochialis dicitur beneficium seculare & cum administratione, ut in c. exstirpanda, & c. de multa, de prob. c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. quia curatus tenetur ministrare sacramenta Ecclesiastica, videlicet, baptizare & audire poenitentes & coherere peccata, & eos absolueri, iniuncta eis poenitentia & alia opera ei tangenda facere, ut in c. 1. & per totum, de paroch. & tradit Reb. in praxi benefic. in Rubrica, seculare beneficium quoduplex, n. 10. fol. 3.

Vbi n. 11. dicit, quod asserenti beneficium esse curatum, incumbit onus probandi. Sed in hac Ecclesia non sunt Parochiani, cum quibus hoc fiat: igitur.

Tertio haec opinio probatur, quia, ut dictum est, supra d. iura loquuntur in duabus Ecclesiis parochialibus, & parochialis dicitur a parochia sibi deputata, c. Ecclesias, 13. 9. 1. & parochia est nomen Graec. & latin. idem est, quod paritio curae, quia rector Ecclesiae curam habet animarum parochiae, vnde dicitur regere populum c. 1. de capel. monach. & parochia est locus, in quo degit populus alicui Ecclesiae deputatus, & sic illa Ecclesia dicitur parochialis, quae habet parochiam ad curam eius deputatam. Ergo si non sint parochiani, debet cessare dispositio dictorum iurium: quia constitutio poenalis non est extendenda extra casum, in quo loquitur, ut sunt iura vulgaria, & in c. poenit. & in c. odia, de reg. iur. in 6.

Item & vltimo pro hac opinione facit, quia ius parochiale, quod in pluribus consistit, prout est, quod diebus festiuis parochiani audiant in parochia diuina officia & declarationem Euangelij, consistit etiam in oblationibus, & in decimis & in primitiis soluendis, & in audiendis confessionibus, & imponere poenitentias, & in administratione aliorum sacramentorum, & in ceteris omnibus, ut per Otau. decis. 99. Pe. dem. nu. 2. non potest exerceri in d. Ecclesia, quia non sunt parochiani, cum quibus id fiat.

Quibus rationibus & fundamentis & aliis, quae omittuntur, hanc opinionem in terminis tenet Hostiensis. in d. c. quia nonnulli, de clericis non resid. & post eum late Ioan. de Imol. ibi. & Paul. de Leazar in clem. 1. de offic. vicar. & bene Federi. de Senis cons. 80. & 135. & hanc opinionem tenuisse clare colligitur Dominicus de Sanct. Gemin. in d. l. cap. licet canon. in sua distinctione, quam ibi in hoc posuit n. 6. ubi in primo & vltimo membro in hoc concludit. Eandem sententiam sequitur Abbas in d. l. c. de multa, n. 2. 4. in si qui est numerus si de probend. & praxi Cancellariae Apostolicae. 17. & Catellianus Corta in memorial. iuris, in memorial. incip. Omnes, el primero, & Petrus Rebuff. in praxi benefic. in tit. de non promot. intra annum, n. 34. fol. 449. & iterum idem Rebuff. in rub. de dispensat. etatis, vers. etiam si curam habeat animarum, pag. 392. in princ. & Staphileus optime de literis gratia, in Rubric. de qual. benef. quae sunt curata, in princ. n. 22. vol. 14. diuers. doctor. fol. 20. & Ludouic. Gomez in regul. de Idioma. re. qu. 11. fol. 126. in princ. & Gundisaltus de Villadiego in tract. de legat. qu. 14. n. 86. vol. 1. 4. doctorum late Ielua in tract. de benef. 3. part. qu. 1. per totam, Petrus Duennas in regul. 71. incip. Beneficia plura, limitatio. 4. * Latissime Oied. de incompatib. benef. part. 2. c. 6. n. 2. cum sequentibus, sequitur Flamin. Par. de resignatione benef. li. 1. qu. 1. n. 94. * Et ex Theologis hanc opinionem tenet Archiepiscopus Florentinus in 3. part. tit. 15. c. 1. §. 11. & Syluest. verb. Beneficium, 4. 9. 4. vers. 2. & Armilla aurea eodem verb. Beneficium, qu. 4. 4. qui tres Theologi non bene aduerterunt ad Abbatem, existimantes, illum tenere contrarium, cum tamen Abb. ubi supra, teneat expresse hanc opinionem, & ex relatione Doctorum supradictorum haec potest appellari communis opinio, quia non est qui vere contradicat.

Nam licet Innocentius in d. l. c. de multa, ante n. 1. de probend. & Speculator in tit. de dispensation. §. videndum, vers. sed queritur, & Cardinal. Zabarella in clement. 1. de offic. vicar. 9. 21. n. 20. & idem in elem. plerisque, de election. & in d. l. c. de multa, & Bald. in l. si is qui tres, §. si per text. ibi, & in l. sed & militis §. si de excus. tut. & Alex. cons. 74. & 75. vol. 4. & Archid. in d. c. licet canon, videatur dicere contrarium, praeterquam quod ~~quod dicitur in addit. ad Alex. d. cons. 74.~~ inquit, quod omnes Dd. tenent contra Alex. & sic innuit, opinionem s. fundatam esse communem, praed. proxime relati D. non loquuntur proprie in nostro casu & terminis, sed in vno ex duob. diuersis, in quibus potest saluari haec secunda opinio. Primo, quando Ecclesia suprad. haberet barrios & territorium limitatum, ut pura talem vicineret, quia in hoc casu, quauis hodie desint parochiani, cras vel alio die poterunt adesse & habitare in d. vicinitate, cum quibus sit necessarium exercere ius parochiale; at vero haec forma & modus parochianorum, prout est notorium, non est nec vititur in hac dicecesi & Episcopatu Placent. quia in eo non sunt constituti parochiani per vicinities, in nostro vero casu nec adest vicinitas in praed. Ecclesia, neque parochiani sunt, quia sunt mortui, & nullus remansit, & ita hoc modo intelligitur suprad. secundam opinionem Dd. ubi supra, & Cardin. cons. 48.

Secundus casus, in quo intelligitur & saluatur opinio Innoc. suprad. est, quantum ad impetrationem d. beneficij, quia fieri debet merito Summ. Pontif. quod d. beneficium & Ecclesia est parochiale, quauis id tantum sit in habitu, ad hoc, ut licet A postol. alias coesse & impetratae no dicatur subreptitiae; At postquam fuerit impetratum facta vera relatione, bene potest haberi & retineri cum alio beneficio curato: Ita in terminis intelligit Staphileus ubi 3. & Rebuff. etiam ubi 3. in Rubr. de dispensatione etatis, & c. Et si quidem tot & tam graues Doctor. tenet & intelligunt hoc modo materiae hanc, iustum est, ut ita seruetur, maxime quod dictum beneficium

beneficium est tenue, ambo beneficia non excedunt commoda sustentationem beneficiati. Hac etiam opinioe in praed. in fauore d. beneficiati tenere & approbare ceteri aduocati huius ciuitatis, & se illi subscribere, & secundum eam fuit seruatum cum hoc beneficiato per Illustriss. & Reuerendiss. Episcop. Placent qui hanc iuris informationem vidit & sibi placuit.

Adde etiam suprad. Felin. in proem. Greg. nu. 39. juncto quod idem dicit in c. eam te, n. 22. de rescript. ubi dicit, debere inspicere statum praesentem beneficij & non praeteritum, quantum ad incompatibilitatem & residentiam: Et post huius operis secundam editionem nos hic referens, idem probauit Emanuel Roderic. in sua summa 1. tom. c. 31. cond. 6.

S V M M A R I A.

- 1 Sacerdos qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, minime potest virtute Bull. Cruc. de consensu etiam partis, absolvere excommunicatum ad reincidentiam: siue in bulla ad sit clausula, Si la parte consentiente siue alia: Satisfacta la parte, & m. segg.
- 2 Qualitas adiuncta verbo, debet regulari & intelligi secundum tempus & substantiam verbi.
- 3 Excommunicatio lata ad instantiam partis, licet possit tolli, antequam incurratur de ipsius partis consensu, non, ut tamen suspensi, nec prorogari, nec fieri quod ad sit reincidentia.
- 4 Excommunicatus sub conditione si non soluerit Titio intra certum tempus, non solvens, an statim sit excommunicatus, & quomodo hoc intelligatur.
- 5 Absolutio excommunicationis facta ab ordinario, vel ab excommunicatore sine partis satisfactione, vel alia iuris forma praetermissa, valet, licet sit iniusta.
- 6 Absolutio facta a delegato Papa virtute Bullae vel alias, parte non satisfacta vel aliter iuris forma non seruata, est nulla.
- 7 Absolutio ad reincidentiam, cuius effectus sit, & quid operetur.
- 8 Absolutus ad reincidentiam per sacerdotem, qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, de consensu partis, ad cuius instantiam erat excommunicatus, remanet in totum absolutus, & non reincident in excommunicationem absque nouo mandato iudicis.
- 9 Sacerdos, qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, non potest absolvere ad reincidentiam de consensu partis, excommunicatum, virtute Bullae Crucatae, quae habet clausulam, Satisfacta la parte.
- 10 Differentia, quae potest considerari inter has clausulas, Satisfacta la parte consentiente.
- 11 Absolutio excommunicationis facta a sacerdote ad reincidentiam virtute dictae Bullae & consensu partis, permittit tantum absolutionem fieri ad reincidentiam, & non alias, nec alio modo, est nulla absque mandato iudicis, etiam si sacerdos simpliciter absoluit, non adiecto ad reincidentiam.

Allegatio IX.

Vbi mihi propositum tale est. Verum excommunicatus ad iudice ad partis petitionem possit a quocumque sacerdote virtute Bullae Crucatae de consensu ipsius partis ad reincidentiam absolui sine licentia illius iudicis, a quo emanauit excommunicatio. Praesupposito, quod in quibusdam Bullis adest clausula huiusmodi: Et Papa Leon. coede, quae auctore a instantia de parte, si la parte consentiente: Et in aliis bullis adest alia clausula, in locum huius, quia dicitur Satisfacta la parte.

In hoc dubio quicquid dixerit, submitto correctioni & censurae S. matris Eccles. Roman. & sub hac protectione, existimo, quod siue in Bullis ad sit vna clausula, siue alia ex supradict. sacerdos, qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, minime possit absolvere excommunicatum ad reincidentiam, etiam de partis consensu, ea satisfacta vel non satisfacta, sequentibus mediis.

Primo, quia Sum. Pontif. in his bullis tantum con-

cedit facultatem sacerdoti soluendi excommunicatum parte consentiente, itaque haec qualitas siue conditio: Si la parte consentiente, adiungitur verb. absolvere, sed verbum absolvere, denotat & significat liberationem in totum, non vero reincidentiam, sed simpliciter, prout sibi commissum est.

Quia & qualitas adiuncta verbo, debet regulari & intelligi secundum tempus & substantiam verbi, ut in l. in delictis, §. si extraneus ff. de noxal. cum similib.

Prout etiam Summ. Pontif. consensum partis tantum requirit ad meram & simplicem absolutionem excommunicationis; Ergo non debet adsumi is consensus ad reincidentiam, quia alias daretur inconueniens, quod virtute bullae operaretur contrarium eius, quod ea continetur, & inducta ad vnum effectum, non debet aliud operari praeter dispositis voluntatem, ut l. in legata inutiliter, ff. de leg. 1. & in legata inutiliter ff. de leg. praest. cu. aliter ulg.

Secundo, quia licet excommunicatio lata ad instantiam partis possit tolli, antequam incurratur de ipsius partis consensu, non tamen potest suspendi, nec prolongari, nec fieri quod ad sit reincidentia, quia absolueri ad reincidentiam atque ad iurisdictionem, & iurisdictionis pacto priuato d. non potest, ut in l. priuatorum, C. de iuris. omnium iud. & ita in terminis tenet Nauar. in man. c. 27. n. 14. & Ant. a Cord. ubi infra allegatur. Ergo pars ipsa cum sit priuata, non potest consentire ut sacerdos, quia alias non haberet iurisdictionem ad excommunicandum, possit absolvere ad reincidentiam absque licentia iudicis, qui primo excommunicationis sententiam protulit.

Quae opinio confirmatur etiam per ea, quae ibi Nauar. tradit, dicens, quod licet excommunicatus sub conditione, si non soluerit Titio intra certum tempus, non soluat in illo tempore, nec in alio, etiam termino sibi per patrem prorogato, statim sit excommunicatus transacto i. & c. termino, secundum communem opinionem, hoc tamen intelligitur, quando pars prorogauit terminum de consensu iudicis, quia aliter non incurritur excommunicatio iam prius per iudicem prolata, & sic intelligitur quod dicit Bald. in l. tale pact. §. qui prouoc. ff. de pact. tenet. express. Sylu. vers. excomm. 2. col. in fi. & segg. ubi ampliat. etiam appposito pacto reincidentie, si non soluerit: Ergo si pars ad cuius instantiam lata fuit excommunicatio condicionalis, post certum tempus antequam incurratur, non potest prorogare terminum ad incidentiam, nempe ad hoc, ut transacto termino prorogato, excommunicatus incidat in excommunicationem iam latam absque nouo consensu iudicis qui eam protulit: Ita & eodem modo: imo (ni fallor) fortiori, non poterit consentire pars, ut postquam est in causa excommunicationis, absolueretur excommunicatus ad certum tempus ad reincidentiam, sine consensu iudicis. * Facit optima distinctio Ant. Mas. de for. cam. obligat. in tit. sum. 9. post process. incident. c. incip. ex d. n. 15. pag. 157. ubi excommunicatus absolutus, quia promittit creditori satisfacere intra certum tempus, si id non faciat, reincident ipso iure in excommunicationem si erat excommunicatus a canon. c. eo, de sententia excomm. li. 6. sed si erat excommunicatus ab homine, debet per eundem iudicem in eandem sententiam reincidenti: Ioann. Monach. in d. c. eos, & gloss. in clem. 1. verb. donec de decim.

Tertio haec opinio fundatur, quia licet absolutio excommunicationis facta ab ordinario, vel ab excommunicatore, sine partis satisfactione, vel alia iuris forma praetermissa, valet & teneat, licet sit iniusta, iuxta glof. fin. in cap. cum desideres, de sententia excomm. munic. facit tex. in cap. venerabilibus, §. sane, eodem tit. in 6. & est communis opinio secundum Couar. in repet. cap. alma mater, 1. p. §. 11. num. 7. eodem tit. in 6.

Si tamen haec absolutio fiat a delegato Papae virtute

re huius bullę sine part's consensu aut satisfactione, vel aliter forma per cõmittentem data prætermiffa, nihil valebit talis absolutio, quia est contra formam commissionis. arg. c. si de vest. spoliat. & eorum, quæ ibi docent Panorm. & Dec. in c. prudentiam, §. 6. n. 9. de offic. de leg. & tradit bene Quar. in man. c. 27. num. 37. Fr. Ant. de Cordu in suo tract. de casof de cõfciencia, q. 18. vers. 2. igitur non poterit absolvere simplex sacerdos virtute istius bullę Cruciatę, etiam si habeat clausulam suprad. Si la parte consentire: ad reincidentiam, licet pars consentiat, & talis absolutio in hunc modum concepta, erit nulla: quoniam lata est contra formam sibi datam in Bulla, q̄ est ad absoluendum simpliciter; Ergo absoluendo ad reincidentiam, facit contra prædictã formã, præcipue, cū non habeat iurisdictionem ad faciendum, quod absolutus reincident in excommunicationem post certum tempus.

7 Quia hæc absolutio ad reincidentiam, facta ab habentibus potestatem est huius effectus & virtutis, quod excommunicationem in totum à principio tollat & eandem postea finito termino repetat, vt in c. vemens, el segundo, in fi. de t. s. cap. Apostolica, de except. Et ita intelligenda sunt quæ de hac absoluteione ad reincidentiam tradit Covar. d. s. 11. nu. 6.

8 Ex quo inferitur, quod si pars, ad cuius instantiam aliquis est excommunicatus per iudicẽ, dederit consentum, vt excommunicatus absoluat ad certum tempus ad reincidentiũ, & sacerdos, qui non habet iurisdictionem, virtute huius consensus & Bullę Cruciatę absoluerit simpliciter præd. excommunicatum, remanebit in totum absolutus, nec reincident in eam excommunicationem sine nouo consensu & mādato iudicis, licet pars tantum præstiterit consentum ad absolutioem ad reincidentiam concedendam, quia virtute d. consensus absolutio fuit sortita effectum liberę & absque conditione: at vero reincidentia non habuit, nec potuit habere locũ absq; nouo mandato iudicis, Scita videtur tenendum: quod nouissime præsupponit Nauar. in man. Lat. d. c. 27. n. 15. ibi: vt semel subblata iterũ incurratur, erit tamen deliberationi locus.

9 Quarto ¶ vltimo facit, quia sicut, quando in Bulla adest clausula illa, quod parte satisfacta possit sacerdos quicũq; electus absolvere poenitentẽ ab excommunicatione, etiã ad instantiã part's lata, non potest talis sacerdos absolvere ad reincidentiam parte satisfacta, vt tenet F. Domin. de Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 3. vers. præterea: ita etiã & eodẽ modo nõ poterit sacerdos absolvere ad reincidentiã, quando adest in Bulla alia clausula: Si la parte consentire, quia ratio, qua fundatur opinio Soti ad suprad. tenendum in prima clausula, satisfacta parte, eadem militat & in hac: Si la parte consentire, scilicet, quod facultas Bulla non sit amplior quã verba sonant, quia cum concedatur facultas ad absoluendum simpliciter, non potest concedi absolutio ad reincidentiam etiam parte consentiente, cum facultas sit limitata ad absoluendum simpliciter: Ergo limitatum debet parere effectum, vt subit iura vulgaria.

10 Non obstat huic meę opinioni differentia, quę potest considerari inter has duas clausulas, parte satisfacta, vel pars cõfesserit, scilicet, quod parte satisfacta nulla possit amplius reinci di excommunicatio, vt pote soluro debito, ob quod fuit lata, at vero cum dicitur: Si la parte cõfessiere, videtur committi absolutio ad voluntatem part's, & sic quod si pars voluerit, q̄ excommunicatus absoluat ad reincidentiã possit sacerdos id facere, quia aliter non videtur posse verificari clausula illa: Si la parte cõfessiere, & sic hoc modo videbatur esse differentia inter has duas clausulas Bullę: Sed non obstat inquam, differentia hæc, quia non est iuridica, nec vera, & hoc modo ei respondeo, quod verbum

Satisfacta parte, est verbum speciale, quod non potest verificari, nisi parte contenta vel satisfacta, verbum vero: Si la parte cõfessiere, est generale, comprehendens part's satisfactionem, & etiã satisfactionem; dũ tamẽ pars absq; satisfactione consentiat dari absolutionẽ, & potest consentire etiam, sibi non satisfacto debito, sed id potest simpliciter, vt committitur in bulla, & hoc modo verificabitur d. clausula, Si la parte cõfessiere, non vero potest consentire ad reincidentiam, nec virtute huius consensus part's ad reincidentiã, qui quodãmodo cõditionalis est, potest sacerdos debitorẽ absolueri ad reincidentiã, quia ad hoc requiritur iurisdictione quæ deest tã in parte q̄ in sacerdote, quia quæ sibi datur in diplomate, est ad absoluendũ simpliciter: Ergo si aliter fiat, nõ valet absolutio: si tamen sacerdos hoc casu simpliciter absoluerit excommunicatũ, tũc crederem valere absolutionem, & absolutũ remanere in totum ex rationibus suprad. quia cõsensus creditoris ad absoluendũ ad reincidentiã non vere est cõditionalis, sed habet duo capita: Primũ, quod absoluat, & hoc habet locũ & sortitur effectũ totalis absolutionis virtute bullę. Secundũ caput est, scilicet, quod absolutus reincident in excommunicationem post certũ tempus. At vero hoc vltimum nõ habet nec potest habere effectũ ob defectũ iurisdictionis, nisi de nouo interueniat mandatũ iudicis, *Sed in hoc subsistit, quia cõsensus part's nõ est absolutus nec simplex: sed ad reincidentiã; Ergo nec absolutio potest aliquid operari cõtra intentionẽ part's, nec ad reincidentiam ex defectũ iurisdictionis: & cũ hoc etiã ante fecidam huius operis editionem considerassem inueni postea tenere nouissime Ema. Rod. in sua vita, tom. c. 84. n. 4. & aliaud dicerem, remaneret hic absolutus in totũ contra voluntatem part's, quia reincidente nõ potest sine speciali mādato superioris.

Ex quibus videtur inferendũ, quod si creditor, ad cuius instantiam excommunicatus est debitor, præstaret consensũ ad absoluendũ ad certũ tẽpus ad reincidentiã, & nõ alias nec alio modo, tũc quidẽ existimare potest, nõ posse virtute bullę Cruciatę sacerdotẽ sine mādato & licẽtia iudicis cõcedere hæc absolutioem: & si simpliciter eã concederet, nullã esse, quia pars cõfessit alias, nec alio modo, nisi ad reincidentiã; Vnde nõ poterit sacerdos aliter, ex defectũ cõsensus part's, nec illo modo absolvere ex defectũ iurisdictionis, & sic absolutio quocũq; modo fiat hoc casu per sacerdotẽ nõ habentẽ iurisdictionẽ, & absq; licẽtia & mādato iudicis: salua correctione S. matris Ecclesię. Et cõsului aliquos Theologos religiosos & doctos quidem admodũ super hoc dubio in articulo & casu principali supra pposito, & fuerit eiusdẽ opinionis mecum, quod nulla sit differentia in pposito inter suprad. clausulas Bullarũ, & sic quod in vtroq; casu virtute Bullę pars nõ possit reincidentiã adicere, nec sacerdotẽ ad eã absolvere, sed & scio alios iurisperitos in idẽ cõfessisse. Et ita respondi mense Martii Ann. Dom. 1568. post huius operis primã editionem eandem opinionem nouissime tenet F. Ant. de Cordub. in suo tract. de casof de cõfciencia, quæst. 20. vbi dicit, & ita communiter practicatur, & allegat Sot. vbi supra.

- S V M M A R I A.
- 1 Contribuere qua persone teneantur ad Ecclesiã pauperẽ reedificandã, vel de nouo consiciendam.
 - 2 Clerici tenentur ad contributionem in opera publica, quæ sunt communia omnib. & pia, vt est refectio viarum, fontium, pontium & similia.
 - 3 Laici nõ tenentur contribuere ad refectioẽ Ecclesię, nisi in subsidium, quando clerici ipsius Ecclesię nõ haberent.
 - 4 Prius debent expendi redditus ciuitatis vel ville vel oppidi, quam deueniatur ad contributionem.

- 5 Nobiles tenentur ad refectioem Ecclesię, eo casu, quo a laici tributarij ad id teneantur.
- 6 Pecunia publica vniuersitatis potest expendi, quando non suppetunt redditus clericorum, & Ecclesiã indiget reedificatione, &c.
- 7 Ecclesiã pauper, quibus impensis hodie, attento decreto S. Concilij Trid. reedificari debeat.

Allegatio X.

Vbitatum fuit, quando ecclesiã pauper opus habet instructione & reedificatione, vel etiam quod de nouo fiat noua ecclesiã: Quæ persone debeant hoc casu contribuere ad hoc.

In hac questione inuenio gl. in c. quatuor, l. 2. q. 2. in fi. dicentem: Itẽ ex omnib. his capitulis collige, laicos nõ esse compellendos ad reparationẽ fabricę sed tantũ clericos, & ibi notat Archidia. & limitat, præterquam si sit consuetudo, quod populus contribuat, quæ est laudabilis & seruanda: ad idem est text. in c. decreuimus, l. 10. q. 1. vbi dicitur, & si qua forte fabrica fuerit reperta desituta, ordinatori eius reparari precipiatur, & ibi gl. intelligit, i. e. sacerdoti, si parte fabricę recepit, aliter non, sed cõferre debet cũ aliis, idẽ probat text. in c. si monach. in l. 1. gl. fi. 16. q. 1. & est text. opt. in c. 1. & inc. de his, de eccles. edific. vel repar. ex quo text. & ex Rub. illius tituli constat, idẽ esse, qn ecclesiã de nouo fieri debet: & tenent ibi Innoc. & Abb. n. 3. qui hoc intelligit non solum in beneficiato, qui habet ecclesiã parochialem, sed et in eo, qui haberet alias ecclesias vel beneficia inferiora, quia omnes tenentur contribuere, secundũ facultatem redditũ, beneficiorum, & idem, quod illa iura, probat etiam l. 11. tit. 10. p. 1. vbi dicitur: Que la Yglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos della, de la renta, que es de la Yglesia: no bastando la dicha renta, el beneficiado de la tal Yglesia es obligado aq̄star lo que faltare segũ la renta que riuuere, sacando lo que ouiere menester. Et in hac materia facit optimã distinctionẽ Abb. in d. c. 1. n. 3. & 4. vbi dicit, quod si est consuetudo, quod populus contribuat, seruetur talis consuetudo, & si ea non sit, ecclesiã reparetur ex redditib. sue fabricę, & si non habeat fabricã, vel min. sufficentem, quod clerici illius ecclesię contribuunt ex eo, quod eis supererit, deducto necessario, & si nihil supererit eis, vel quod susperit, non sufficit ad reedificandẽ, debent vltimo cõpelli parochiani huiusmodi ecclesię ad contribuendũ ratione sacramentorum, q̄ in ea recipiunt & sibi ministrantur & diuinorum officiorũ q̄ ibi audiũt, quibus non poterunt renuntiare, dicentes, se ab hinc nolle eis vt in illa ecclesiã: Quamuis Innoc. in d. c. de his, dicit quod cñ clericis nihil superest ex redditibus suis, tenentur contribuere de bonis propriis. Sed Abb. ibi n. 4. hoc intelligit, ex bonis propriis, q̄ remanent clericis ex fructib. beneficiorũ, deducta parte fabricę, & non de bonis patrimonialib. ipsius clerici, quia de illis potest disponere prout voluerit. Et quamvis contra hoc vltimum membrum distinctionis Abb. quatenus tenet, quod parochiani tenentur contribuere in subsidium ad reedificationem ecclesię suę, videatur facere gl. in d. c. quatuor, quatenus generaliter dicit, laicos non esse cõpellendos ad reparationẽ fabricę, sed tñ clericos, & quod tradit Host. in summa, tit. de eccles. edific. n. 2. & 3. vbi dicit, quod laici nisi de consuetudine, de iure tñ non tenentur ad reparationem ecclesię. Sed opinionem & distinctionem Abb. sequitur Greg. Lop. in d. l. 11. in gl. Sacando en de: & Franciscus de Ripa primo & secundo respons. de eccles. edificand. n. 1. 2. & 3. fol. 33. opinio iudicio est vera, & secundum eam debet intelligi gl. & Hostien. vbi supra.

2 Quia clerici etiã tenentur ad contributionẽ in opera publica, quę sũt communia omnibus, & pia prout est refectio murorũ & viarum, fontium & pontiũ,

per l. ad instructionẽ, C. de Sacros. eccles. l. 1. l. 12. tit. 3. l. 1. Noua Recop. Regiæ, l. 54. tit. 6. p. 1. & l. 20. tit. 3. part. 3. & vtrouique Greg. Lopez & Petrus Duennas in reg. 100. l. 1. tit. 16. & Didacus Perez Salmatinus in l. 1. tit. 3. l. 1. ordin. veteris, & latissime omniũ Auiles in c. 23. prat. in gloss. Den. orden: per totam, adde Mench. l. 1. controuers. vsus frequent. c. 1. n. 4. vbi distinguit, quod aut mœnia sunt seu reparantur ad ornatum ac pulcritudinem & decorem ciuitatis, & tunc non tenentur contribuere ecclesiã, nec clericus, aut vero propter certam necessitatem belli; & tũc equũ est & minime iniuriosum, & ad hoc alios allegat: Ergo ita & eodẽ modo laici parochiani tenebuntur contribuere ad reparationem & reedificationẽ ecclesię, quãdo quidẽ est causa pia, publica & cõis omnib. ad quod etiã facit, quod tradit Auiles vbi sup. n. 11. fol. 199. vbi videtur innuere, quod debet fieri ecclesiã expensis sacerdotũ ipsius ecclesię. Eãdem etiã questionem tangit Cæpol. de seru. urb. praediorũ, c. 59. nu. 22. vbi nihil decidit, sed refert loca ordinaria.

Præterea quod laici non teneantur contribuere ad refectioem ecclesię, nisi in subsidium, qn clerici ipsius ecclesię non haberent, probatur etiã argumento sũto ex text. in c. nõ minus, & in c. aduersus, de immunit. eccles. vbi ita demũ tenentur clerici ad cõtributionem fontium, viarũ & similia, si laicorum non suppetunt facultates: Scita etiam probat d. l. 1. tit. 3. l. 1. non recop. Regiæ, ibi: A fallcimiento de propios de Concejo: Ergo idem e conuerso dicendũ est in laicis, respectu cõtributionis ad reedificandã ecclesiã, vt in subsidium tãtum teneantur, hoc est, quando clericorum ecclesię redditus ad id non sufficiunt, deducto sibi necessario.

Probatur etiã text. l. 20. tit. 3. part. 3. vbi dicitur, quod prius debent expendi redditus ciuitatis vel ville vel oppidi, quã deueniatur ad contributionem: Ergo ita etiam prius debent expendi redditus fabricę ecclesię, quam deueniatur ad contributionem.

Et qn ¶ in aliquo casu laici tenerentur ad reedificationem ecclesię contribuere iuxta supradictã, intelligerẽ ego, quod tenentur etiã nobiles (vulgo dicti Hidalgos) ad idẽ, sicuti ceteri homines plebei, quia hoc est opus publicũ cõe, & concernens omniũ vtilitatem & necessitatem, quo casu et contribuunt nobiles, & alias exempti, sicut plebei, imo nemo excusatur, vt probatur in d. l. Regiis cõcordãtib. cũ d. l. ad instructionẽ, iã supra relatis: & tenet alios allegans Petrus Nunnex de Auendanno l. 2. de exsequend. mand. Regiis, c. 14. n. 19.

Et in terminis videndus est idem Auendãno l. 6. 2. de exsequend. mand. Reg. lib. 1. c. 10. nu. 29. vbi dicit, quod quando non suppetunt redditus clericorum, & ecclesiã indiget reedificatione, potest expendi pecunia publica vniuersitatis, & ea deficiente, debet perueniri ad collectionem inter vicinos, à qua neque clerici possũt excusari. Et ita clare cõstat, quod necq; nobiles (vulgo dicti, Hidalgos) debet excusari in hoc casu, quando quidem in casibus, quibus clerici non excusantur, nec etiam nobiles per supradictã, & quod dicit Auendanno, quod prius debent expendi propria ciuitatis, vel ville, vel oppidi, quam ad contributionem deueniatur, probatur etiam per dist. l. 11. & d. l. 20. licet l. illa non loquantur in reparanda ecclesiã. Et hæc de iure communi.

Hodie ¶ autem habemus sacrosãctum Concilium Tridentinum Sess. 21. in decreto de reformatione, c. 7. fol. mibi 137. vbi ita distinguitur & asseritur: Vt parochiales ecclesias Episcopi refici instruant, & que procurent, etiam si prædicta ecclesię sint iuris patronatus, ex fructibus & prouentibus, quibuscũq; ad easdem ecclesias quomodocũque pertinentibus, quod si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis prouentibus percipiunt aut in illorum defectum parochianos, omnibus remedijs opportunis, ad prædictã cogant, quacũque appellations, R R R 4.